Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quia illic est. & uenerunt non propter ihesum tantum. sed ut laza
rum uiderent quem suscitauit a mortuis. Cogitauerunt
autem principes sacerdotum. ut lazarum interficerent. quia
multi propter illum abibant ex iudeis. & credebant in ie
sum. In crastinum autem turba multa que conuenerat ad di
em festum cum audissent quia ihesus uenit iherosolimam.
acceperunt ramos palmarum. & processerunt obuiam ei & cla
mabant. Osanna benedictus qui uenit in nomine domini.
rex israhel. Et inuenit ihesus asellum. & sedit super eum. si
cut scriptum est. Noli timere filia syon. ecce rex tuus ue
nit tibi. sedens super pullum asine. Hec non cognouerunt
discipuli eius primum. sed quando glorificatus est ihesus. tunc re
cordati sunt. quia hec erant scripta de eo. & hec fecerunt ei.
Testimonium ei perhibebat turba. que erat cum eo. quando la
zarum uocauit de monumento. & suscitauit eum a mor
tuis. Propterea & obuiam uenit ei turba. quia audierunt
eum fecisse hoc signum. Pharisei autem dixerunt ad semet
ipsos. Videtis quia nichil proficimus. Ecce mundus totus post
eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex his qui a
scendebant. ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt
ad phylippum qui erat a bethsaida galilee. & rogabant
eum dicentes. Domine uolumus ihesum uidere. Venit phylippus
& dicit andree. Andreas rursum & phylippus dixerunt ihesu.
Ihesus autem respondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur fi
lius hominis. Amen amen dico uobis nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit. ipsum solum manet. Si autem
mortuum fuerit. multum fructum affert. Qui amat animam
suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo.